

C. 276

205

MANVALE,
 SEV
 INSTITVTIO
 SACERDOTVM,
 EX DIVINIS LITTERIS,
 ET
 VETERVM PATRV
 DISCIPLINA,

Auctore
 ALFONSO DE TORRES
 Malacitanæ Ecclesiæ
 Decano:

Romana editione auctior, & emendatior.

ANNO



M. DCIV.



Cum Gratia, & Privilegio Caf. M.

INGOLSTADII,

Apud ANDREAM ANGERMARIVM.

Impensis Ioannis Hertsroy.

AD SACERDOTES

A V C T O R.

INCIDI olim recens Sacerdos in libellum, qui **STIMVLVS PASTORVM** inscriptus est, ex variis Sanctorum Patrum sententiis collectum a docto, & insignis pietatis viro Bartholomæo a Martyribus, qui Bracharensis non ita pridem Antistes fuit. Perlegi, vehementerque sum admiratus. Tum Pontificum siue munia, siue onera diu contemplatus, & eorum vicem dolui, & Sacerdotio meo sum gratulatus. Sed non diu quieto animo esse licuit: Sacros enim reuoluens libros, Sanctorumque Patrum volumina lectitans, cognoui tandem, etsi Presbyter Episcoporum Ordinis potestate, tum etiam iurisdictione sit inferior; vtrumq; tamen vinculis, ac legibus non ita diuersis, dissimilibusue obstrictum teneri. Quod quidem cum sæpe numero diligenter animaduertissem, sensi demum onus, & sacræ molis pondere oppressus, ingemui, illi me suppositum oneri videns, quod vel Angelici humeri reformident. Et

PARS PRIMA.

DE INSTITVTIONE,
DIGNITATE, POTESSTATE,
ET
OFFICIO SACERDOTIS:

DE MISSA:

DE SACRAMENTIS
ADMINISTRANDIS:

DE ANTIQVITATE,
AVCTORITATE, ET VSV,
DIVINORVM OFFICIORVM,
&
CÆREMONIARVM,
RERVMQ. AD EA RITE PER-
AGENDA PERTINENTIVM.

A



CAPVT I.
 DE ORDINATIONE
 ET INSTITVTIONE
 SACERDOTVM.

SVMMARIVM.



SACERDOTIVM nouae Legis ab ipso
 Christo Domino nostro institutum, cum
 potestate dimittendi & retinendi pecca-
 ta, consecrandi, & offerendi. 1.2.3.4.
 In illud translatum est vetus: sed multum differunt in-
 ter se. 3.4
 Coepit à S. Petro post Christum. 5.
 Eo initiandus non festine, sed per gradus, & rite debet
 ordinari; riteq. in status ministrare. 6.7.8.12.35.42.
 Non propter lucrum. 16.
 Non per inanem gloriam. 17.
 Non per praemia. 18.
 Debet rite conferri. 8.9.10.11.
 Non indignis. 15.19.
 Non bigamis, non poenitentibus, non repudiatarum
 maritis, non seditiosis, non vsurariis, non suarum
 iniuriarum vltoribus. 43.
 Non habentibus in mente illa vitia, quibus Sacerdos
 veteris